

Quaestio academica : an numerus nervorum capitis augeri, an inminui debeat? ... / submitit Sebastianus Wilhelm Thomas.

Contributors

Thomas, Sebastian Wilhelm.
Universität Wien.
Royal College of Surgeons of England

Publication/Creation

Viennae : Typis Mathiae Andrae Schmidt, 1783.

Persistent URL

<https://wellcomecollection.org/works/s59chq8e>

Provider

Royal College of Surgeons

License and attribution

This material has been provided by This material has been provided by The Royal College of Surgeons of England. The original may be consulted at The Royal College of Surgeons of England. where the originals may be consulted. This work has been identified as being free of known restrictions under copyright law, including all related and neighbouring rights and is being made available under the Creative Commons, Public Domain Mark.

You can copy, modify, distribute and perform the work, even for commercial purposes, without asking permission.



Wellcome Collection
183 Euston Road
London NW1 2BE UK
T +44 (0)20 7611 8722
E library@wellcomecollection.org
<https://wellcomecollection.org>

QUÆSTIO ACADEMICA:
AN NUMERUS
NERVORUM CAPITIS

AUGERI, AN INMINUI
DEBEAT?

QUAM

ANNUENTE INCLYTA
FACULTATE MEDICA

IN

ANTIQUISSIMA AC CELEBERRIMA
UNIVERSITATE VINDOBONENSI

UT SUPREMOS IN MEDICINA HONORES
CONSEQUERETUR

PUBLICÆ DISQUISITIONI SUBMISIT
SEBASTIANUS WILHELM.

T H O M A S,

HUNGARUS PESTHIENSIS.

Hora Die Mensis Jan.

Anno MDCCLXXXIII.

V i e n n æ,

Typis Mathiæ Andreæ Schmidt.

7.1

NEW-YORK: CAPT.

RECEIVED

1842

1842

ANNUAL REPORT

OF THE MEDICAL

AND

ANATOMICAL SOCIETY

OF THE CITY OF NEW-YORK

FOR THE YEAR 1842

1842

NEW-YORK: CAPT.

RECEIVED

1842

1842

1842

1842

1842

1842

1842

Ille non prævidendus circumstantiarum
 concursus, Divinæ Providentiæ inexplicabiliter secretum iter, cui quilibet præsentem, quacum luctatur, Status sui conditionem, fortunas, suosve labores debet, exegit ut Vestram expectationem proposita hac academica quæstione fallerem, atque Vos, ob non servatam fidem, quam de Fabrica, vi & actione nervorum scripturum pollicitus sum, deprecarer.

Id, quod nunc impedimento fuit,
motivi loco olim fervire posse, largior
candidus. Sed tunc, supprimendum nunc
laborem, me ad finem quoque perductu-
rum, sincerus protestor. Quæstionis interim
propositæ fugitivam resolutionem benigni
excusaveritis.



Octo paria Nervorum cerebralium, reliquis omnibus inter spinales relatis, numerantur; si medulla oblongata, sulco a ponte separata, a spinali Medulla, prout debet, non distinguatur. Inter illos primum par constituunt Nervi olfactorii, sequuntur Optici, Oculo-motorii, Trochleatores, Trigemini, Abducentes, Communicantes faciei, & Auditorii.

Sed non adhuc unanimiter de ita dividendis Nervis conventum est. Cel. ANDERSCH, qui fibrillas quasdam paris vagi, sub nomine Glossopharyngæi Nervi,

ad specialis Nervorum paris dignitatem
evexit, & ita numerum denarium pro ve-
ro capitis Nervorum parium numero agno-
vit, decem Nervorum capitis paria recen-
set, iis Nervis omnibus pro capitis Ner-
vis habitis, qui per foramina baseos cranii
transeunt. Ordo autem parium Nervorum
capitis juxta ANDERSCHIIUM est iste:
Primi sunt Olfactorii, post hos Optici,
Oculo-motorii, Trochleatores, Trigemi-
ni, Abducentes, Auditorii, Glossopharyn-
gæi, Vagi & Linguales medii recensentur.

Si Nervos, licet spinalium Nervorum
characteres præferant, ideo solum, quod
per foramina baseos cranii emergant, Ner-
vos capitis, & reliquos Nervos spinæ com-
pellare placeat; licet melius ii duntaxat
Nervi spinæ dicerentur, qui a medulla
spinali visibiliter separantur, Ordo ANDER-
SCHII interruptendus, atque abducentibus
& auditoriis, Nervi communicantes faciei
interferendi forent. Sic undecim Nervo-
rum capitis paria exurgerent.

Propositam Quæstionem resoluturi, per Nervos capitis solos Nervos cerebrales intelligimus; omnes autem Nervos, qui a medulla oblongata, quam a spinali medulla non distinguimus, oriuntur, inter spinales Nervos referimus. Sic numerum parium Nervorum capitis inminuimus; qui numerus, si vulgari paria Nervorum capitis computandi methodo insistere placeret, duobus Nervorum paribus augendus foret; Nervum communicantem faciei ab Auditorio, Glossopharyngæum a vago separando.

Glossopharyngæus autem, Nervus vagus, & Lingualis medius, rectius omnino spinales, quam cerebrales Nervi esse defenduntur. Præterquam enim, quod ex spinali medulla separati, pluribus fibris oriuntur, mox in truncum coeuntibus, ad Nervum intercostalem magnum, perpetua quoque lege furculos ablegant; hi vero sunt universaliores spinalium Nervorum characteres. Ortus duplici Filamentorum serie, ganglion, & anterioris seriei radicum, a posteriore separatio per ligamen-

tum denticulatum, Nervis spinalibus non ita propria sunt.

Interim, si Nervos celebrales solos, Nervos capitis recte adpellari posse, ejectis præjudiciis universi tuerentur; hoc sub respectu non inminuere, sed augere numerum parium Nervorum capitis cogeremur. Septem enim tunc recensendis Nervorum capitis paribus, octavum par addendum foret. Historiam Nervi acoustici id exigere, mox adparebit.

Duplex Nervi acoustici portio non solum, sed & duplex ex distincta utriusque portionis origo, & distincta quoque utriusque a diversis medullæ provinciis visibilis separatio pridem cognita fuit, sed utriusque portionis nexus æque pridem Incisoribus inposuit, ut quamlibet portionem ad peculiaris Nervorum pacis dignitatem evehere non auderent.

Jam enim quod utraque portio in eadem duræ Matris vagina decurrat, quod eundem canalem ossi petroso insculptum ingre-

ingrediatur, quod sub ortum intercedente
cellulosa invicem fere cohæreant, & ali-
qua etiam Priscorum Incisorum auctoritas,
ne ita stabilirent, eos deterruit; Phyfio-
logi sympathiam quoque in medium pro-
traxere. Sed ii diverfum utriusque por-
tionis originis locum, impermixtum licet
contiguum earundem decurfum, diverfita-
tem substantiæ & officii perpendere negle-
xerunt. Neque etiam Nervi, intercostalis
magnus, glosfopharyngæus, vagus, & lin-
gualis medius, in unionem trunci coale-
fcunt, licet tela longe tenaciore cohære-
ant. Confectum pariter est, Nervorum
sympathiam ex communi eorum origine
effe derivandam.

Quia inter rationum monumenta, qui-
bus Nervos in peculiaria paria distingui-
mus, diftinâta Nervorum origine, & vifi-
bili a medulla feparatione, atque fibrarum
non unito originarie decurfu præcipue ni-
timur, dum vulgo portionem duram Nervi
acouftici, ab Auditorio proprie, feu molli
ejus portione feparatam, fub nomine Ner-
vi communicantis faciei, tanquam pro-

prium & speciale Nervorum par proponimus, nihil est, quod vel receptis ratiocinandi legibus, vel antiquandæ auctoritati derogatum suspicari possimus; ipsa præsertim cerebri anatomica administratione id exigente, quæ ad stabilienda hujus doctrinæ primordia dudum sagaciores Incisores compulit.

Numerus ergo Nervorum cerebri, separando, ut propositum est, Nervum communicantem faciei a Neruo proprie auditorio, ad numerum octonarium augendus esset, si Nervi omnes vel cerebrales, vel spinales esse adsumerentur. At quia communiter Nervi in Nervos capitis, & Nervos spinæ dividuntur, hanc divisionem amplectendo, undecim Nervorum capitis paria numeranda erunt. Dictis enim octo Nervorum paribus, Nervus vagus in duo paria, Glossopharyngæum, & proprie vagum divisus, & par linguale medium addendum est. Licet hæc tria nunc memorata Nervorum paria ad classem Nervorum spinalium potius esse reducenda, cum
ex

ex fpinali medulla feparentur, non amplius
repetere interfit.

Separandum autem etiam eſſe Nervum Gloſſopharyngæum a Neruo vago, & peculiare Nervorum ſpinæ par conſtituere, licet dudum pro ramo vagi habitus, ſub nomine Rami lingualis octavi paris venerit, plura ſunt, quæ ſuadeant. Enimvero neque in ſuperiore, neque in inferiore ſua parte vago coalitus eſt, ſed ſingularibus originibus obortus, a vago venula ſeparatus, ſingularibus etiam ductibus e Camera encephali demittitur. Hunc Nervum dudum a vago diſtinctum, ad peculiaris Nervorum paris dignitatem eſſe evehendum, primus propoſuit celeberrimus ANDERSCH, ita, ut fatetur, ab ipſa Anatomia edoctus.

Ex his, numerum Nervorum, interfertis duobus dictis paribus, in univerſum augendum eſſe conſtat; ſimul hoc ordine eſſe recensendos, ut, ut Olfactorios inſequantur Optici, poſt hos Oculo-motorii, Trochleatores, Trigemini, Abducentes, Communicantes faciei, Auditorii, Gloſſophar-

pharyngæi, Vagi & Linguales medii recenscantur.

Neque tamen ideo parium Nervorum capitis numerum augere necesse est. Si enim omnes Nervos a medulla spinali ortos, a qua medullam oblongatam precario contradistinguunt multi, spinales esse Nervos admittere cogimur, nonnisi octo paria Nervorum capitis superesse videbuntur. Glossopharyngæo, vago, & pare linguali medio, inter spinales Nervos relegatis.

Nunc quæstioni propositæ: an numerus Nervorum capitis augendus, an minuendus sit? quam Vobis ex *Celeb. Samuele Thoma* SOEMERRING excerptam obtuli, faciles satisfeceritis. Sed vel ideo præstantissimi hujus viri de basi encephali, & originibus Nervorum libros quinque sollicite expendatis; Illius enim sunt, quæ Vobis hic offero, & oblatu digna esse judicavi.

ADSSERTIONES.

I.

Duo sunt cerebri lobi, quorum anterioris ad marginem acutum alæ ossis sphænoidei terminus, posterioris principium est.

2.

Humano Encephalo major, quam quidem ad origines Nervorum necessaria sit, inest Massa.

3.

Corticalis cerebri substantia vi impressiones recipiendi & repræsentandi, prædita non est.

4.

Functio cerebelli, cum in pluribus animalium classibus deprehendatur, necessaria est; & inde fors explicari potest,

5.

Quod ad spinalem medullam efformandam plurimum conferat cerebellum: unde porro odeducitur:

6.

Non esse tam ineptam conjecturam, quæ ex cerebello Nervos ad vitalia dispensari proponit.

Fibrarum medullarium, sese decussantium, ab uno latere ad aliud directio, neque demonstrata hucdum fuit, neque adæquata est Phænomenorum occurrentium hoc modo explicari solitorum, ratio.

Scientia originis Nervorum tum horum phænomenorum, tum etiam mirabilis illius consensus inter diversas corporis partes observandi, explicationem recludit.

Peculiaris cujusvis Nervi origo communis omnium Nervorum originis portio est, atque uti hujus energiæ functionem suam quilibet debet Nervus, ita quilibet impulsus in se factos ad communem usque illam omnium Nervorum originem defert.

Est tamen, cur statuas, visibilem Nervi a medulla separationem non esse verum, Nervi illius, originis locum.

Si motum quemdam in systemate medullari, hujusque propaginibus adsumamus; tota mutatio, quæ Nervo vi stimuli impellentis infertur, consistet in motus illius variatione. Et ne novam motus speciem effingamus, utique adest motus organisans.

Nervorum mutationes, a causis externis vel internis productæ, sensum non absolvunt, sed ad hoc absolute requiritur substantia, vi mutationes sibi repræsentandi, instructa.

Licet sensus ac conscientia a mechanica cerebri dispositione quodammodo pendeant, quatenus perceptionis futuræ rationem sufficientem illa dispositio recludit; ipsa tamen perceptio, & perceptionum conscientia sine relatione ad corpus percipi potest.

Dato enim, quod in statu mentis corpori conjunctæ, perceptiones mentis lege commercii contingant, non tamen perpetua lege perceptiones sic esse obtenturam mentem, Philosophia fide adjuta evincit.

Fors in statu commercii mentis cum corpore conscientia se habet in ratione organisationis cerebri: quo facilius, & quo plures motus cerebro inducti revocari, repræsentari rursus, & sic conscientiæ limites protendi possunt, eo largior est facultas, perceptiones motuum combinandi, & earum nexum perspiciendi.

Inde colligi possit, substantias vi repræsentandi instructas, judicii & rationis exercitio destitui posse.

F I N I S.

